Libro de 31 [illegible]
[illegible] capitulos [illegible]
[illegible] de los [illegible]
[illegible] en la Nueva [illegible]
[illegible] del [illegible] 1612
al 1773 [illegible]
[illegible]

Præd. Gen. & â Cap. Secret.

HÆC SUNT
ACTA CAPITULI
PROVINCIALIS,

CELEBRATI IN HOC SS. PATRIS Nostri DOMINICI *Imperiali Cœnobio Mexicano, die decima mensis Maij anni milesimi septingentesimi sexagesimi,*

SUB R. Adm. P. N.

F. JOSEPHO LARRIMBE,

In Sacra Theologia Magistro, Regia pro Universitate Mexicana Doctore Theologo, Sancti Officij Qualificatore, in hac nostra Provincia olim semel, atque iterum Provinciali, ac in præsentiarum communi omnium Vocalium Suffragio ad Provincialatum asumpto.

DEFFINIENTIBUS UNA CUM IPSO

RR. Adm. PP. NN F. ANTONIO CLAUDIO de Villegas, Ex Provinciali, in Sacra Theologia Magistro, Sancta Inquisitionis Qualificatore, Nova Gallecia Episcopatus Examinatore Synodali, pro natis in Indijs primo Deffinitore: F. Didaco Maguete de Leon, Magistro, Sti. Officij Qualificatore, ac Domus nostræ S. Stephani de Tepetlizpan Vicario, pro natis in Hispania, secundo Deffinitore: F. Petro Moreno, & Sañudo, Magistro, ac Conventus nostri Guadalaxarensis SS. V. Mariæ del Rosario Priore, tertio pro natis in Hispania Deffinitore: F. Nicolao Troncoso, Magistro, ac in Domo nostra Purificationis B Mariæ Virginis de Atlacoaian Vicario, quarto pro natis in Indijs Deffinitore.

Mexici: Ex nova Typographia Bibliothecæ Mexicanæ.



In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

ABSOLUTIONES.

Absolvimus omnes Suppriores Conventuum, simulque omnes Vicarios, & Præsides Domorum hujus nostræ Provinciæ.

DENUNTIATIONES.

Denuntiamus 1. quod absoluto quadriennio Provincialatus R. A. P. N. F. Raimundi Sequera in Sacra Theologia Præsentati, ab hujusmodi præfectura hæc nostra Mexicana Provincia vacavit: quapropter accedente Dominica quarta post Octavam Paschæ Sabbato præcedenti sub die decima mensis Maij præsentis anni millesimi septingentesimi sexagesimi, iam, ut juris est, Vocales à Dominica in Septuagesimam convocati, & prævia indictione Capituli immediate antecedentis pro novo eligendo Pastore, servatisque omnibus de jure servandis, Præside R. A. P. F. Francisco Larrea in Sacra Theologia Magistro, Sti. Officij Qualificatore, prædicti Conventus Priore, unanimi Electorum Consensu electus fuit Provincialis R. A. P. N. F. Josephus Larrimbe in Sacra Theologia Magister, Regia pro Universitate Mexicana Doctor, & Sti. Officij Qualificator, ex natis in Indijs, jure alternativæ servato, cujus paternale gubernium semel, atque iterum feliciter experti sumus, cuique meritissimo Patri nostro Provinciali, utpote canonicè electo, omnes æquissimo animo obedientiam præstitimus, ejus que electionem à N. Rmo. confirmari suppliciter poscimus.

2. Denuntiamus: die 30. Julij anni 1756. Missionem B. Mariæ Virginis Guadalupanæ de Ahuacatlan, ad hanc nostram Provinciam attinentem, quam tot fratrum inter Barbaros degentium laboribus á principio creavimus, assiduisque sudoribus conservare studuimus, de Regio mandato à nobis fuisse ablatam, & proximiori Clericorum Parochiæ aggregatam; sed plurimum in Domino gaudemus, eo quod Indi nostrorum fratrum solicitudine Clericis tradditi sunt omni barbarie Semota in omnibus fidei mysterijs edocti, & in æconomicis, & civilibus instructi. Et quantum in nobis est ad maiora pro ipsorum salute, & conversione incommoda parati.

3. Denuntiamus: quod die 23. Novemb. anni 1757. Suscepimus litteras Catholicæ Majestatis Ferdinandi VI. Regis nostri (cujus anima beatitudine fruatur) quibus nobis noviter præcipit, quod iam diu á Sancta Sede fuerat dispositum: ne scilicet Prælati recipere audeant ad habitum majorem numerum fratrum, quam Domorum necessitas expostulat; (præcipuè cum pluribus Parochijs, in quibus Curam gerebamus animarum spoliati simus) suadetque ut ferventiori spiritu fratres, quos noverint animarum zelo succensos, ad reducendos ad Catholicam fidem Indos, ac perseverantiam in vivis missionibus efficaciter persuadeant.

4. Denuntiamus, die 24. Decemb. anni 1757. suscepisse litteras patentes N. Rmi. sub die 28 Maij ejusdem anni Convocatorias ad Capitulum Ge-

Generale, quibus obtemperando, cum R. A. P. N. P. Provincialis, ad id munus legitimè esset impeditus, R. A. P. F. Petrum de Iriarte, & Laurnaga in Sacra Theologia Præsentatum, transmitti curavimus.

5. Denuntiamus: die 21 Februarij anni 1758. litteras à N. Rmō. expeditas die 13 Julij anni 1757. ad nos advenisse, quibus sua Rma. P. dare, præficere, & confirmare dignatur R. A. P. N. F. Raimundum Sequera in Priorem Provincialem, pro cujus Confirmatione debitas rependimus grates.

6. Denuntiamus: huic appulisse Provinciæ decretum Sacræ Rituum Congregationis die 3. Aprilis anni 1758. datum sub die 1. Septemb. anni 1756. super facultate celebrandi in universo Ordine Octavas SS. Augustini, & Thomæ Aquinatis cum Ritu solemni, servata tamen Rubrica in eodem decreto expressa, quando prædictas festivitates in quadragesima celebrari contigerit.

7. Denuntiamus: etiam nos suscepisse ipsa die ejusdem mensis, & anni litteras patentes N. Rmi. Octavo idus Septemb. anni 1757. exaratas, quibus certiores nos facit de morte R. A. P. M. F. Vincentij Mariæ Ferreti Procuratoris Generalis totius Ordinis in Urbe, simulque per ipsius obitum, electum, institutum, datumque fuisse in Procuratorem Ordinis Generalem R. A. P. M. F. Joannem Dominicum de Villavechia pro utriusque Siciliæ Provincijs Socium, atque Provinciæ Regni Ex-Provincialem: qui quidem nos admonet, ne quis in Romana Curia negotium aliquod, inscio Procuratore Generali, tractare præsumat, iuxta id, quod in Constitutione Urbani VIII. præscribitur: Quæ litteræ perlectæ, & acceptatæ, de mandato R. A. P. N. Prioris Provincialis ad singulos Conventus transmissæ fuerunt.

8. Denuntiamus: die 20. Februarij anni 1759. ad nos pervenisse epistolam Ferdinandi VI. Hispaniarum Regis (nunc vita functi) qua nos magna replevit amaritudine, in ea namque Serenes. Reginam nostram D. D. Mariam Barbaram Lusitanam è vivis sublatam enarrat: qua propter R. A. P. N. Provincialis præcationes, & Suffragia pro ipsius anima omnibus Provinciæ Conventibus diligenter exequenda indixit.

9. Denuntiamus: die 10. Sept. anni 1759. huic advenisse Provinciæ litteras patentes N. Rmi. datas sub die 19. Aprilis ejusdem anni, quibus Sacerdotibus Ordinis jubet, ut incipientes á futuro proxime festo SSmæ. Trinitatis omnibus diebus Dominicis, quibus adscriptæ præfationes propriæ non fuerint, præfationem de Trinitate: *Qui cum Unigenito Filio tuo, &c.* deinde recitent, atque decantent. Quas acceptavimus, & exequimur.

10. Denuntiamus: die 24. Decemb. anni 1757. huic appulisse Provinciæ R. A. P. F. Nicolaum Troncoso Magistrum, Procuratorem, & Capituli Generalis Deffinitorem, cum sex Patribus in Hispania natis, ibique professis, quorum nomina, cognomina, Patria, ætas, anni professionis, itemque munia, quæ in suis Conventibus obtinuerunt (consideratis, perlectisque uniuscujusque authenticis testimonijs, servatoque Ordine antiquitatis) sic se habent.

R. P. F. Josephus Joachimus Ramonell, Majoricensis: Filius Regij Conventus de la Palma, qui per tres annos Lectoris Artium in eodem Conventu munus exercuit, postea à lectura vacavit, & tres Quadragesimas continuas, tresque Vespertinas, & plures alios Sermones prædicavit; vique oppositionis, quam fecit, ad lecturam Sacræ Theologiæ approbationem habuit. In Indijs duorum spatio annorum extat Regens Primarius

rius in nostro Conventu Stæ. Rosæ de Sombrerete, ubi simul est Prior, Vicariusque Provincialis. Ætatis 38. Professionis 20. enumerat annos.

R. P. F. Joannes Juncosa Cathalanus: Filius Conventus S. Catharinæ V. & M. Barcinonensis, qui Lectoris munus in sua Provincia per 12. annos exercuit: videlicet duos in Lectione Artium, duos in Magisterio Studentium, duos in Lectione Sacræ Scripturæ, & quatuor in Cathedra Theologiæ Moralis in Conventu cujus est Filius: In Conventu verò S. Jacobi Trempsensi duos in Magistri Studentium consumpsit annos. In hac Provincia per annum, & sex menses Regens Secundarius in Mexiceo Conventu vixit; nunc autem Prior nostri Conventus Stæ Crucis de Zacatecas extat. Ætatis 38. Professionis 20.

R. P. F. Joannes Antonius Fernandez Castellanus, ex Marchia Carpetanorum Regni Toletani oppidi Bellomontani: Filius Regij Conventus Dnæ. nostræ de Atocha Matritensis, qui in S. Thomæ Complutensis Collegam fuit canonicé electus, in suoque Conventu duos Artium Cursus per sex annos cum Discipulorum profectu laudabiliter legit, Lectorque habitualis per annum integrum extitit, ac tandem per duos annos iterum in suo Originario Conventu Philosophiam docuit. In Indijs Cathedram Sacræ Scripturæ per annum in Mexiceo Conventu, & per annum, & quatuor menses Cathedram Primariam in Collegio de Porta-Cœli tenet: Unde computatis annis suæ Lecturæ undecim, & quatuor menses numeramus. Ætatis 36. Professionis 19. complevit annos.

R. P. F. Franciscus Perez Moncin; natus Borgiæ in Regno Aragoniæ: Filius Conventus Prædicatorum CesarAugustanæ Civitatis, qui in sua Provincia quatuor in Philosophiæ, & duos in Magistri Studentium munere consumpsit annos; & cum in Collegio nostro de Porta-Cœli per quinque menses fuisset commoratus, diem clausit extremum die 1. Maij anni 1758. Ætatis 32. Professionis verò 16. numerabat annos.

R. P. F. Hieronymus Camps, Cathalanus ex oppido de Rupit: Filius Conventus Stæ. Catharinæ V. & M. Barcinonensis, qui per tres annos Philosophiæ, per duos Magistetio Studentium operam dedit, legendo insimul tractatum Theologicum in Conventu S. Jacobi Trempsensis; posteaque per integrum annum Magisterium Studentium laudabiliter exercuit in Conventu suo Stæ. Catharinæ Barcinonensis. In hac nostra Provincia duos annos, & quatuor enumerat menses in Regentia Primaria nostri Collegij de Porta-Cœli. Ætatis 34. Professionis 16.

R. P. F. Josephus Gomez de Figueroa, in Villa de Fitero natus, Regni Navarræ: Religioni nomen dedit in Conventu Prædicatorum CesarAugustano, ubi per sex annos absoluto Studentatu, titulum Collegæ (vulgo de Caietano) obtinuit. In hoc Mexicano Conventu Cursum Artium Studentibus legendo laudabiliter complevit, ubi tres in Magisterio Studentium enumerat menses, & tandem Supprior præfati Conventus religiosè perseverat. Ætatis 29. Professionis verò 11. & sex menses Complevit.

Unde iam Provincia nostra viginti quinque Religiosos in Hispania natos numerat, ex quibus undecim in Hispaniæ, Aragoniæ Beticæque Provincijs professionem emisserunt, inter quos etiam anumeratur Juvenis quidam, Joachimus Fernandez Doctor nominatus, à R. A. P. M. F. Nicolao Troncoso ex Hispania transductus, qui in nostro Imperiali Conventu professus, modo Philosophiæ vacat in Collegio de Porta-Cœli. Quam citiusque expectamus duodenarium Religiosorum numerum, quos

pro-

proximè R. A. P. M. Provinciæ Procurator Fr. Petrus de Iriarte transducere curat ex Hispania de mandato, & ordine R. A. P. N. Ex-Provincialis F. Raimundi Sequera, adamusim obtemperando novissimis decretis pro asportandis ex Hispania Religiosis Viris.

11. Denuntiamus: eadem die, & anno nos accepisse à R. A. P. Mrô. F. Nicolao Troncoso, Officium proprium cum Missa Dominica prima Octobris in festo SS. Rosarij recitandum.

12. Denuntiamus: die 2. Aprilis anni 1760. ad hanc pervenisse Provinciam litteras de mandato Reginæ Hispaniarum Gubernatricis sub die 19. Sept. anni 1759. in quibus Conscios nos facit de morte Catholici FERDINANDI VI. Regis nostri: tanto, tam diroque vulnere sauciati, in aliud quid erumpere non valemus, nisi in Suffragijs, & præcationibus pro ipsius anima celebrandis.

13. Denuntiamus: die 18. Februarij anni 1759. fuisse á nobis receptas litteras patentes N. Rmi. sub die 12. Augusti anni 1758. quibus acta nostri Capituli Provincialis celebrati die 22. Maij anni 1756. confirmat, pluribus tamen emmendatis, animadversis, additisque, quæ omnia cum ordinationibus, & præscriptis, quibus nos pro suo paternali amore, & Provinciæ stabilimento instruere dignatur, libenter admittimus: Easdemque litteras, ut in omnibus, & singulis Provinciæ domibus legi, publicarique possent, Typis mandari curavimus, quarum exemplar authenticum ad manus N. Rmi. transmissit R. A. P. N. Fr. Raimundus de Sequera, Ex-Provincialis.

14. Denuntiamus: Magisterium titulo Lectionis actu vacans ob mortem R. A P. M. F. Ignatij Clavo, ad natos in Indijs pertinens á N. Rmo. designatum in eisdem actis R. A. P. P. F. Nicolao Troncoso, fuisse acceptatum, sicuti Præsentaturam titulo Lectionis ad natos in Indijs etiam attinentem actu vacantem per obitum R. A. P. P. F. Antonij Sierra, consignatam pariter R. P. Ex-Lectori F. Antonio Mansilla.

15. Denuntiamus: die 18. Februarij anni 1759. accepisse nos litteras N. Rmi. quibus declarat, Prædicatores Generales titulo linguæ gaudere Suffragio in electionibus etiam post Paræciarum spolium.

16. Denuntiamus: eadem die ejusdem mensis, & anni alias ad nos pervenisse N. Rmi. litteras, quibus R. A. P. M. F. Petro Dorado, concedit cellam, quam inhabitat, quoad vixerit.

17. Denunriamus: die 2. Aprilis anni 1760. huic appulisse Provinciæ patentes litteras N. Rmi; quibus R. P. Præsent. F. Petrum de Iriarte, & Laurnaga; Provinciæ Procuratorem promovet ad gradum Magisterij titulo Lectionis ad natos in Hispania attinentem, actuque vacantem ob mortem R. A. P. F. Felicis Sanchez, Quæ omnia acceptavimus.

18. Denuntiamus: die 14. Maij post præsentis Capituli celebrationem á majori parte Capituli ad hoc convocati fuisse canonicè electos in Deffinitorem Capituli Generalis, & utriusque Curiæ Procuratorem R. A. P. M. F. Michaelem Rodriguez, pro Regia Academia Mexicana Doctorem, in Hispania natum, ibique professum; in ejus verò Socium, seu quatenus opus sit, Electorem R. A. P. Præsent. F. Antonium Viar, & Larrimbe, in Indijs natum; sive Capitulum Generale celebrandum sit Provincialium, sive Deffinitorum: Quas Electiones utpote rite factas á N. Rmo. confirmari humiliter efflagitamus.

19. Denique denuntiamus: conformiter ad ordinationem Illmi. Compostellani, quondam Generalis Magistri nobis injunctam, quod R. A. P.

N,

N. F. Raimundus Sequera coram nobis deffinientibus comparuit rationem redditurus eorum, quæ Provincialatus sui tempore gessit, & cum, publicis edictis in hoc Imperiali Conventu positis, nulla fratrum quærimonia adversus illum fuisset exorta, quin immò nobis serio examinantibus exposuisset, ut iam pro comperto habebamus, multa laude digna, factaque in commune Provinciæ, hujusque Conventus bonum, nec non cultus divini ornatum, cuncta ea approbavimus, super hisque P. V. Rmam. certiorem facimus.

ORDINATIONES.

1. Ordinamus ut omnia, quæ in proxime ante actis à N. Rmo. Generali F. Joanne Thoma de Boxadors, fuerunt ordinata, cum declarationibus, decretis, & præscriptis inviolabiliter observentur, utpote ad Regularem Observantiam, bonumque Provinciæ utilissima.

2. Ordinamus: præ oculis habentes declarationem primam novissimi Capituli Generalis Romani, ut omnes fratres ad excipiendas Confessiones trinum teneantur examen subire, ita tamen, ut de trienio in trienium novo se debeant examini præsentari in proximiori Conventu, ubi vigeat Studium Generale, coram quinque Examinatoribus, quorum duo ad minus debent esse Theologiæ Scholasticæ Lectores, vel in eadem facultate Baccalaurei. Et ordinamus etiam, ut Magister Studentium habeat pœnes se librum, in quo approbationis, vel reprobationis examinati ratio, nec non dies, mensis, & annus suæ præsentationis fideliter adnotentur.

3. Ordinamus: Patres ad audiendas Confessiones non expositos, ab hora sexta matutina debere esse promptos ad Sacram Sinaxim fidelibus dispensandam, per Septimanas incipiendo ab antiquioribus, super quo P. Sacrista invigilet, denuntiando R. A. P. Priori, quos in hujus ordinationis observantia invenerit negligentes.

4. In memoriam revocamus decreta Pontificia, nostri Catholici Regis voluntatem, nec non & Acta Capitulorum Generalium super Alternativa in hac Provincia servanda, & ne tantisper minuatur, in hac prima nostri Deffinitorij Sessione ordinamus, & strictè præcipimus, ut inter natos in Hispania, & in Indijs laudabilis alternativæ lex usque ad minimum fideliter servetur.

5. Ordinamus, quod licet â fundationis initio hic Mexicanus Conventus, ut in eo Provinciæ Archivium collocetur, fuerit delectus; nihilominus Ordinationi novissimi Romani Capituli obtemperantes, illum denuo deligimus, ac designamus, ut omnia Authentica Provinciæ instrumenta in ipso tuto aserventur.

6. Ordinamus, quod Patres, qui in hoc Capitulo ad excipiendas Secularium Confessiones inter horas Canonicas sunt deputati, sui muneris executioni diligenter incumbant, nulloque prætextu à Confessionali deficiant, promptique inveniantur nocte, dieque ad hoc spirituale remedium fidelibus ministrandum.

7. Ordinis nostri splendori consulentes ordinamus, ut in posterum nullus Patrum sacrum suggestum ascendat in Ecclesijs Cathedralibus, nisi Lectoris, Prædicatotis Generalis, Conventualis, Præsentati, vel Magistri titulo fuerit condecoratus.

8. Or-

8. Ordinamus, ut nullus fratrum á Sequela Chori valeat dispensari quavis de causa inconsulto R. A. P. N. Provinciali.

9. Legibus nostris obtemperantes ordinamus, ut in posterum omnes fratres, qui ex alia Provincia sine expressa licentia ad hanc nostram confugerint, non nisi ad carcerem tanquam fugitivi recipiantur, & ad suam Originariam diligenti adhibita custodia asportentur, quæ ad omnes sumptus juxta praxim in ordine nostro servatam teneatur. Præcipimusque omnibus fratribus nunc in hac nostra ex alienis Provincijs existentibus, ut quam citius ad suos Conventus via recta iter arripiant: Obsecrantes R. A. P. N. Provincialem, ut hanc Ordinationem continuo executioni mandet.

10. Uniformitas tam in victu, quam in vestitu tantopere, in nostris legibus commendata ad Observantiam Regularem maximè pertinet. Quapropter ordinamus, ut nullus lineis utatur ad carnes, nec alterius coloris, quam albi veste valeat indui; insuperque mandamus, ut feria secunda, quarta, & Sabbato in Conventibus etiam minoribus abstinentia à carnibus servetur, nec ulla imaginabili causa pro cœna in mensa carnes apponi permittatur: jejuniumque à festo S. Crucis usque ad Pascha inviolabiliter observetur.

SUPPLICATIONES.

Obsecramus R. P. N. M. G. ut cum R. A. P. M. F. Petro Moreno, & Sañudo præsentis Capituli Deffinitore (qui huic supplicationi minimè interfuit, nec in Deffinitorio quoad hoc comparere voluit) dispensare dignetur interstitia, ut possit iterum, atque iterum in Priorem Conventus SS. Rosarij Civitatis Guadalaxarensis eligi. Ex comperto enim habemus testimonio, singularem esse prædicti R. A. P. M. zelum, tum in vita communi, observantiaque regulari promovenda, tum in Studijs Generalibus, annuisque Conventus redditibus augendis: Ex notitia quippè nobis certò clara constat, Sortes principales talis Conventus increvisse usque ad decem millia Scutorum ipsius cura, & solicitudine, ita ut hodie quindecim fratres alere possit, quando olim vix decem, & quandoque octo cum necessitate ibi degerent; sicuti apparet in libris, ubi ratio dati, & accepti habetur. Nec talia, ac tanta (Rme. P.) perficere potuisset, præcipuè hac infelicissima temporis iniuria, nisi sua religiosa modestia, alijsque tam scientiæ, quam virtutis dotibus, quibus Deus illum ornavit, omnium animos præcipuè Regij Senatus perillustris Præsidis, Illmi. Diocesani, Nobiliumque prædictæ Civitatis in sui amorem rapuisset.

2. Rogamus R. P. N. M. G. ut huic nostræ Provinciæ affiliare dignetur P. F. Josephum Roe, filium Conventus Stæ. Catharinæ V. & M. Barcinonensis, & pro nunc é Provincia SS. Rosarij Philippinarum ad suam revertentem de licentia Provincialis ejusdem Provinciæ, & Medicorum consilio, ob gravissimas ægratitudines, quas in prædictis insulis patiebatur. Unde cum ad N. Mexicanum Conventum pervenisset, essetque omni ope destitutus ut in Hispaniam se conferret ob defectum Expensarum, quæ pro tan longó itinere sunt necessariæ, ideò nobis supplices litteras pro præfata filiatione impetranda, præsentavit.

Pos-

POSTULATIONES.

ORdinationibus Rmi. P. N. G. F. Thomæ Turco, & Rmi. Ripoll, obtemperantes, quibus præcipitur, ut in meritorum Judices eligantur duo ex Magiſtris in hac noſtra Provincia acceptati, ne in poſtulationibus fraudi querelæ, aut injuriæ pateat locus: delecti fuerunt R. A. P. M. F. Antonius Caſimirus Montenegro ex natis in Indijs, & R. A. P. M. & Dr. F. Michael Rodriguez, ex natis in Hiſpania, qui poſt maturum examen de quolibet poſtulantium merito fideliter informarunt.

Obtemperantes itidem ordinationibus Emmi. de Pipia, quondam N. O. G. M. pro graduandorum poſtulationibus, ac expoſitionibus, de Conſilio RR. Adm. PP. MM. ad id nobiſcum ſpecialiter Congregatorum, poſtulationes, ac expoſitiones, æquo jure hoc ordine invenimus. Verum enim verò, quia hujuſmodi poſtulationes per vota ſecreta fieri debent, & Suffragantium judicia, ſive maiori cognitione poſtulandorum, ſive alia quavis cauſa de quadrienio in quadrienium mutationem patiantur, aſſequi non valemus, ut anteacti Capituli poſtulationes cum iſtius poſtulationibus concordent, & cohæreant.

PRO GRADIBUS ACTU VACANTIBUS.

PRO PRIMA PRÆSENTATURA *titulo Lectionis.*

AD natos in Hiſpania attinente, actuque vacante, ob aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. F. Franciſci de Larrea, ex natis in Hiſpania.

Primo poſtulamus, ac exponimus R. P. Ex Lectorem F. Joannem Juncoſa, Conventus noſtri de Zacatecas Priorem. Secundo R. P. Lectorem F. Joannem Antonium Fernandez. Tertio R. P. Regentem primarium F. Hieronymum Camps, quorum merita manifeſta ſunt in nova, ac ſpeciali denuntiatione undecima, in qua clarè conſtat de uniuſcujuſque litterarijs exercitijs ad gradum obtinendum neceſſarijs, ſi V. Rma. P. attenta Hiſpanorum inopia in aliquibus diſpenſare dignetur.

PRO 2. PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS.

AD natos in Hiſpania attinente, actuque vacante ob aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. & D. F. Michaelis Rodriguez.

Poſtulamus primo R. P. L. F. Joannem Antonium Fernandez. Secundo R. P. Regentem Primarium F. Hieronymum Camps. Tertio R. P. Regentem Primarium Conventus noſtri SS. Roſarij de Guadalaxara F. Stephanum Gamero, qui per octo, & amplius annos Philoſophiam, & Theologiam laudabiliter legit in Prædicto Conventu, ubi ſex Concluſiones publicas, pluresque privatas defenſavit, Studiorumque vacationis tempore quotannis, in ſuadenda SS. Roſarij devotione indefeſſe laborat. Ætatis 34. Profeſſionis 14. enumerat annos.

PRO 3 PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS.

AD natos in Hiſpania etiam attinente, actuque vacante ob aſcenſum ad Magiſterium R. A. P. M. F. Felicis Sanchez, nunc vita functi.

Pri-

Primo postulamus R. P. Reg. F. Hieronymum Camps. Secundo R. P. Reg. F. Stephanum Gamero. Tertio R. P. Lect. F. Andræam Mota, qui in Conventu nostro Guadalaxarensi per tres annos Philosophiam, & per totidem Theologiam studiose docuit; duos scilicet, in Cathedra Sacræ Scripturæ, & unum in Theologia Morali, publicè, & privatim disputando. Ætatis 32. Professionis verò 12. habet annos.

PRO 4. PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS.

AD natos in Hispania spectante, actuque vacante ob ascensum ad Magisterium R. A. P. M. F. Nicolai Troncoso.

Postulamus primo R. P. Reg. F. Stephanum Gamero. Secundo R. P. Lect. F. Andræam Mota. Tertio R. P. Regentem primarium, simulque Priorem Conventus nostri de Sombrerete F. Josephum Ramonell, cujus meritum denuntiatione undecima patet, novumque jure merito superaddendum, quod Templi Stæ. Rosæ dicti Conventus ædificium pluribus abhinc annis incæptum sua solicitudine perfecerit, Sacraque suppellectili ornaverit.

PRO 5. PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS.

AD natos in Hispania pertinente, actuque vacante ob ascensum ad Magisterium R. A. P. M. F. Petri de Iriarte, & Laurnaga.

Primo postulamus R. P. Lect. F. Andræam Mota. Secundo R. P. Reg. & P. F. Josephum Ramonell.

PRO 6. PRÆSENTATURA TITULO LECTIONIS.

AD natos in Hispania etiam spectante, actuque vacante per mortem R. A. P. Præsent. F. Ildephonsi Cabrera.

Postulamus R. P. Reg. F. Josephum Ramonell, quibus duobus, scilicet, R. P. F. Andreæ Mota, & R. P. F. Josepho Ramonell, ut prædictas Præsentaturas N. Rmus. conferat, opus est ipsis dispensatione, neuter quippè Lectionis tempus ad illas pro hac Provincia necessarium habet.

PRO UNICA PRÆSENT. TITULO LECTIONIS.

AD natos in Indijs attinente, actuque vacante ob mortem R. P. Præsent. F. Josephi Muñoz.

Postulamus primo ex natis in Indijs R. P. Ex-Lectorem, & Dm. F. Joachimum del Castillo, cujus merita sunt tenoris sequentis. Per tres annos Philosophiam legit: Magisterium Studentium per tres annos, per tres alios Scripturæ Cathedram, per tres etiam Theologiæ Moralis, & per qnatuor primariam Theologiæ Cathedram obtinuit; sicut etiam Regentiam primariam per undecim menses, secundariam verò per annos quatuor, quod totum in Mexicano Conventu peregit: In Conventu autem Strictioris Observantiæ S. M. V. de Pietate per integrum annum, decem que menses Lector casuum conscientiæ astitit. Secundum locnm habuit pro obtinenda Cathedra N. A. D. hac in Universitate: Septem Conclusionibus publicis præfuit, alijsque in actis Capitulorum iam secundum, iam primum pro Præsentatura obtinuit locum. Ætatis 51. Professionis 35. numerat annos.

Se-

Secundo postulamus R. P. Ex-Lectorem, & Dm. F. Joſephum Morales, cujus lecturæ ratio hæc eſt: Curſum Artium in Conventu de Guadalaxara cum Studentium profectu docuit: per tres annos in Mexiceo Conventu Sacræ Scripturæ Cathedram obtinuit, & per totidem in Collegio de Porta-Cœli Theologiam Moralem legit, & tandem trium annorum ſpatio primariam Cathedram Conventus Mexicani occupavit. Quibus meritis addendum, quod in prædicatione SS. Roſarij longa itinera confecerit, in Villaque de Salvatierra fundationi novi Conventus ſatagat. Ætatis 52. Profeſſionis 35. habet annos.

Poſtulamus tertio loco R. P. F. Petrum Hervoſo, qui Lectoris Artium Curſu expleto, Magiſterium Studentium per tres annos, per unum Sacræ Scripturæ, per alium Theologiæ Moralis, & per duos primariam Cathedram in Collegio de Porta-Cœli dignè occupavit. Ad Conventum tranſlatus per annum Scripturam Sacram, & per alium Theologiam Moralem docuit. Et antequam Lectioni Artium incumberet, in Magiſterio Studentium undecim menſium ſpatio in Collegio de Porta-Cœli ſe exercuit: Completo ſuæ lecturæ tempore Grammaticam per annum, & octo menſes docuit, per alium Regens ſecundarius, & iam per tres annos Regens primarius extat, quod in hoc Mexicano Conventu fructuosè laboravit cum profectu quatuor Diſcipulorum in Ordine Sacram Theologiam docentium, & quatuor Secularium Regia pro Univerſitate Baccalaureorum: Duodecim Concluſionibus publicis tam Philoſophiæ, quam Theologiæ præfuit, ac defenſavit, tandemque Præſidens adfuit Theologicis theſibus in his Provincialibus commitijs habitis. Ætatis ſunt illi 41. anni, Profeſſionis verô 23. completi.

PRO UNICA PRÆSENTATURA
Titulo Prædicationis.

AD natos in Indijs attinente, actuque vacante per obitu R. A. P. Præſent. F. Emmanuelis Zeballos.

Hæc Præſentatura, licet præfato R. P. vita functo, alijsque fuerit collata titulo Prædicationis linguæ Hiſpaniæ; reclamantibus verò Prædicatoribus Generalibus linguæ Mexicanæ, denuntiamus ad hos pertinere. Quare primo poſtulamus R. P. F. Franciſcum Diaz Leal Prædicatorem Gen. ac Domus S. P. N. Dominici de Chimalhuacan Atenco Vicarium, ac Parochum, qui abſoluto Studentatu 33. Quadrageſimas, ubi eſt Parochus fructuosè prædicavit. Ætatis habet 71. annos, Profeſſionis 50.

Secundo loco poſtulamus R. P. F. Vincentium Caſtrejon Prædicatorem Gen. Domus S. Joannis Baptiſtæ de Tenanco Parochum, ac Vicarium, qui Studiorum labore per ſex annos completo, per 26. annos vigil animarum Cuſtos extitit, Quadrageſimasque duodecim idiomate Mexicano, & Caſtellano eſt Concionatus. Ætatis habet 52. Profeſſionis 36. à collatione Prædicaturæ Gen. 8. annos.

Tertio poſtulamus R. P. F. Salvatorem Villaſaña Parochum, ſimul que Vicarium Domus Stæ. Mariæ de Tepetlaztoc, qui expleto Studiorum curſu 14. Quadrageſimas (vulgo Tandas) laudabiliter prædicavit, quarum 13. Mexici, dum Prædicator Conventualis aderat, alias verò in ſua Parochia, ubi per tot annos Curam animarum agit, myſteria noſtræ fidei fidelibus explicando, quem (& ſi Prædicator Gen. non ſit) poſtulamus eo, quod nullus ſit alius, qui titulo linguæ Mexicanæ, valeat poſtulari. Ætatis habet 57. Profeſſionis 38. annos.

PRO 1. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Linguæ.

AD natos in Indijs attinente, actuque vacante per obitum R. A. P. Præd. Gen. F. Isidori de Leon.

Primo postulamus R. P. F. Antonium Vargas, quondam Parochum, ac Conventus S. Jacobi de Quautlan nunc Priorem, qui absolutis Studijs Parochi munus per 8. annos magno cum lucro animarum exercuit, Quadragesimas 31. cum auditorum profectu prædicavit, præter duas Missiones, & 193. Sermones, quos varijs in locis fuit Concionatus: Singulis diebus Dominicis, in præcipuisque Solemnitatibus incessanter usque modo devotionem SS. Rosarij efficaciter persuadet. Ætatis 45. & Professionis 23. annos enumerat.

Secundo postulamus R. P. F. Ignatium de la Torre Domus Purificationis B. M. V. de Atlacoaian vigilantissimum Parochum, qui absoluto Studiorum curriculo munus Parochi per 20. aunos apastolicè exercet, quo tempore in qualibet Quadragesima Conciones plures ad populum habuit, atque fidei mysteria explicare suis Ovibus non desinit. Ætatis sunt illi 47. & Professionis 29. anni.

Tertio loco postulamus R. P. F. Emmanuelem Ruiz, Parochum Domus S. P. N. Dominici de Tlaltitenanco, qui litterarijs exercitijs expletis, Parochi onus per 30. annos subiit, hocque temporis spario 20. Quadragesimas sua in Parochia prædicavit ultra plures Sermones, quos diebus festivis laudabiliter peroravit. Ætatis habet 57. Professionis 35. annos.

PRO 2. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Linguæ.

AD natos in Indijs spectante, actuque vacante per mortem R. A. P. F. Petri Garcia Præd. Gén.

Primo postulamus R. P. Parochum F. Ignatium de la Torre. Secundo R. P. Parochum F. Emmanuelem Ruiz. Tertio loco postulamus R. P. F. Franciscum Rivera olim meritissimum Parochum, qui absoluto per 7. annos Studiorum tempore, sexdecim annos, & sex menses in administratione Indorum magna cura consumpsit, munusque Lectoris Mexicani Idiomatis fructuosè exercuit, Magisteriumque Novitiorum per octo menses. In sua Parochia quatuor Quadragesimas, alteramque in Villa S. Michaelis prædicavit, ubi nunc residet, Verbum Dei fidelibus persuadendo salutis illorum zelo succensus. Ætatis sunt illi 46. Professionis 29. anni.

PRO 1. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Conventuum.

AD natos in Hispania spectante, actuque vacante morte R. P. Præd Gen. F. Vincentij Botello in Indijs nati.

Postulamus primo pro Conventu Mexicano R. P. F. Thomam Cabrera in Hispania natum, qui litteris suorum Studiorum omnium Examinatorum approbatione obtentis, in Civitate de Xerez quinque Quadragesimas prædicavit, pluresque alios Sermones in præcipuis Sanctorum festivitatibus in Civitate Portus à Sancta Maria, ubi sicut & in suo

Con-

Conventu de Xerez Cantoris Officium exercuit; insimulque fideles ad SS. Rosarij devotionem verbo, & exemplo attraxit. In Indijs Sermonem Mexici, & quinque in Villa de Xalapa, omni plaudente populo peroravit. Ætatis habet 59. Professionis 42. annos.

Secundo loco postulamus R. P. F. Joannem Escalera natum in Hispania, qui Studiorum in Collegio de Porta-Cœli emenso curriculo, in eodem, cum Theologiæ operam daret quatuor Quadragesimas, simulque alios Sermones in maioribus solemnitatibus Mexici prædicavit. Ætatis sunt illi 47 anni, & Professionis sex.

Tertio postulamus (si V. Rmæ. P. placuerit annuere Supplicationi nostræ secundæ) R. P. F. Josephum Roer, qui Studijs per septem annos frequentatis in illis valde profecit; Ita quod Theologiæ, Sacræque Scripturæ Conclusiones Scholæ Generales in suo Barcinonensi Conventu trium dierum spatio magno omnium plausu defensaverit. Translatus postea ad SS. Rosarij Philippinarum Provinciam per tres annos fere omnibus diebus Dominicis laudabiliter prædicabat, exemplariterque ibi vixisse nobis certo constat. In Hospitio S. Jacinthi extramuros hujus Civitatis per duos annos eundem laborem continuavit Sermones ocurrentium festivitatum, & integram Quadragesimam unam in oppido de Azcapotzalco prædicando. Ætatis habet 32, & Professionis 14. annos.

PRO 2. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Conventus.

AD natos in Hispania attinente, actuque vacante per Obitum R. P. Præd. Gen. F. Francisci Solis in Indijs nati.

Pro Conventu S. Joannis del Rio postulamus primo R. P. F. Joannem Josephum Escalera. Secundo R. P. F. Josephum Roer.

PRO 3. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo etiam Conventus.

AD natos in Hispania attinente, actuque vacante ob ascensum R. A P. N. F. Raimundi Sequera in Hispania nati.

Pro Conventu SS. Apostolorum Petri, & Pauli unicè postulamus, quia nullus est alius ex natis in Hispania, R. P. F. Josephum Roer.

PRO 1. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Conventuum.

AD natos in Indijs spectante, actuque vacante morte R. P. Præd. Gen. F. Josephi Viedma.

Pro Conventu SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi de Azcapotzalco primo postulamns R. P. F. Vincentium Medina in Indijs natum, qui Studijs per sex annos vacavit, & in Indorum administratione decem consumpsit annos, totidemque Quadragesimas, aliosque Sermones tam panegyricos, quam morales, in diversis locis laudabiliter prædicavit, sicut etiam duas Quadragesimas in Villa de Coioacam, & tres in Mexicana Civitate. Ætatis sunt illi 50. Professionis 34. anni.

Secundo R. P. Ex-Lectorem F. Ferdinandum Victoria, qui Studentatu per septem annos absoluto, per 15. Lectoris munia laudabiliter imple-

plevit in Conventibus SS. Rosarij de Guadalaxara, & Stæ Rosæ de Sombrerete. Postmodum Prædicationi se dedicavit, & 15. Quadragesimas tum Guadalaxaræ, tum in Civitate de Durango audientium fructu, & plausu prædicavit magna, qua pollet dicendi, gratia; per vicosque, & plateas in persuadendo fidelibus SS. Rosarij devotionem indefessè laborat. Ætatis habet 53, Professionis 37. annos.

Tertio loco postulamus R. P. F. Nicolaum Acosta olim Parochum, qui absolutis Studijs 34. Quadragesimas in Civitatibus Mexicana, Guadalaxarensi, Queretarensi, & de Zacatecas cum animarum profectu prædicavit, ultra innumeros Sermones, quos Mexici, & Parochiæ, cui præfuit peroravit, ita quod intra annum 40. Sermones panegyricos præter morales fuerit Concionatus. Ætatis sunt illi 53. Professionis 37. anni.

PRO 2. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Conventus.

AD natos in Indijs attinente, actuque vacante obitu R. P. Præd. Gen. F. Josephi Navarijo.

Postulamus primo pro Conventu SS. Rosarij de Guadalaxara R. P. Ex-Lect. F. Ferdinandum Victoria. Secundo R. P. F. Nicolaum Acosta. Tertio loco R. P. F. Josephum Aragones, qui Studentatu absoluto, 10. Quadragesimas Mexici prædicavit, præter plures alios Sermones; in hocque Mexiceo Conventu Cantor 28. annorum spatio extitit, & nunc Monialium Stæ Catharinæ Senensis officium Vicarij exercet. Ætatis 63, & Professionis 47. enumerat annos.

PRO 3. PRÆDICATURA GENERALI
Titulo Conventus.

AD natos in Indijs spectante, actuque vacante per mortem R. P. Præd. Gen. F. Alvari Garcia de Ambas.

Primo postulamus pro Conventu Strictioris Observantiæ S. M. V. de Pietate, R. P. F. Nicolaum Acosta. Secundo loco R. P. F. Josephum Aragones. Tertio verò R. P. F. Ignatium Arostegui Collegij de Porta-Cœli Vice-Rectorem, qui postquam per 7. annos Studijs vacavit, omnibus Dominicis, diebusque festivis 8. annorum spatio tum Mexici, tum in Civitate de Queretaro Rosarium B. M. V. indefessè prædicat, ultra 9. Quadragesimas, & 72. alios Sermones, quos in præcipuis solemnitatibus ad populum habuit. Ætatis sunt illi anni 36. Professionis 20.

EXPOSITIONES:
Pro Gradibus forsam vacaturis.

